

# Zoologischer Anzeiger

herausgegeben

von Prof. **J. Victor Carus** in Leipzig.

Zugleich

Organ der Deutschen Zoologischen Gesellschaft.

Verlag von Wilhelm Engelmann in Leipzig.

**XXV. Band.**

**13. October 1902.**

**No. 683/684.**

## Inhalt:

### I. Wissenschaftliche Mittheilungen.

1. **Berlese**, Specie di Acari nuovi. p. 697.
2. **Tornier**, Herpetologisch Neue saus Ost-Afrika. p. 700.
3. **Dahl**, Kann ein Systematiker auch zu sorgfältig arbeiten? p. 705.
4. **Dahl**, Noch ein Wort über Nomenclaturregeln. p. 708.

5. **Cohn**, Mittheilungen über Trematoden. (Mit 9 Figuren.) p. 712.

II. Mittheilungen aus Museen, Instituten etc. Linnæan Society of New South Wales. p. 719.

III. Personal-Notizen. p. 720.

Litteratur. p. 569—592.

## I. Wissenschaftliche Mittheilungen.

### 1. Specie di Acari nuovi.

Da Prof. Antonio Berlese, Portici, Napoli.

eingeg. 20. August 1902.

Descrivo qui brevissimamente alcune specie nuove di acari delle quali alcune sono state raccolte in Italia, altre fuori di Europa.

#### A. Crypostigmata (Oribatidae).

1<sup>o</sup> *Eremaeus minutipes* n. sp. — *E. brevipedis* Mich. confinis sed notogastro antierius vitta lata, crebre punctulata distinctus nec non minus latus, ad dorsum abdominis obsolete reticulatus. Pedes perbreves, articulis crassiusculis, brevibus. Setulae pseudostigmaticae brevissimae, pyriformes, nigricantes, nudaе.

Ad 250  $\mu$  long, 150  $\mu$  lat.

Unum exemplum in muscis ad Monte-Senario (Etruria).

2<sup>o</sup> *Dameosoma cornigerum* n. sp. — Pallide badius abdomine ovato, nudo; notogastro antierius in dentibus quatuor manifestis producto; cephalothorace apophysibus duabus tuberculato-laciniatis inter foramina pseudostigmatica elevatis nec non tuberculo impari medio or-

nato. Setulae pseudostigmaticae longae, clavato-fusifformes, erectae, intersese apicibus convergentes. Pedes subnudi, articulis brevibus, clavato-incrassatis. Minimum; ad 200  $\mu$  long, 110  $\mu$  lat. — Duo exempla in muscis ad Monte-Senario.

3<sup>o</sup> Gen *Hydrozetes* n. gen. — Generi *Oppia* confine. Cephalothorax lamellis obsoletis, carinas tantum simulantibus apice vix (?) brevissime piligeris. Setulae pseudostigmaticae perbreves, e foramine vix productae difficiliter conspicuae. Pedes ungue uno magno apice aucti. In aquis dulcibus degentes — Typus *Notaspis lacustris* Mich.

*Hydrozetes platensis* n. sp. — Differt ab *H. lacustri* (cuius exemplum typicum a Cl. Michaelio mecum benignissime communicatum vidi) characteribus nonnullis diligentius tamen inquirendis, qui sunt: Epimerorum fabrica variat praecipue epimeris secundi paris simul in medio, in lineam longitudinalem imparim, longiusculam concretis. Derma notogastris omnino nitidum (in *H. lacustri* areolis est signatum, nec punctulatum et in figura Michaelii, British Oribatidae, tab. XXXIII dignoscitur). Cephalothorax ad summum dorsum, crista lineari transversa auctus. Pedes longiores et exiliores quam in *H. lacustri*, articulis ergo magis elongatis, (ex. gr. genua 1<sup>i</sup> p. 40  $\mu$  long, 2<sup>i</sup> 40  $\mu$ , 3<sup>i</sup> 42  $\mu$ , 4<sup>i</sup> 50  $\mu$ , — in *H. lacustri*, genua 1<sup>i</sup> et 2<sup>i</sup> p. 30  $\mu$  long, 3<sup>i</sup> et 4<sup>i</sup> 20  $\mu$  long), setulis, praecipue tactilibus sub apicem tibiae longioribus, ungueque tarsali maiori. Femura 1<sup>i</sup> et 2<sup>i</sup> paris ad basim in dorso setula robustiori, serrulata, brunnea, introrsus directa armata. Color ut in *H. lacustri* (brunneo-badius) ad 550  $\mu$  long, 350  $\mu$  lat.

Habitat in flumine Rio della Plata quatuor pulchra vidi exempla a Cl. Silvestri una Hydrachnis et Daphniis collecta.

4<sup>o</sup> *Oribatula caliptera* n. sp. — Satis *O. exili* confinis sed minor et rudimentis pteromorparum maioribus, rotundatis. Badia, ovata, postice subacuta, pilis minimis et valde raris ad marginem abdominis aucta. Lamellae anticae notogastris, sive pteromorparum rudimenta sat magna, perconspicua, anterius rotundata, pilum minimum gerentia. Setulae pseudostigmaticae longe clavatae, plumosulae, basi quam in *O. exili* subtiliores. Lamellae cephalothoracis perconspicuae, fere ut in *O. exili* configuratae sed magis altae. Setulae interlamellares magis quam in *O. exili* ad basim cephalothoracis versus insitae.

Ad 350  $\mu$  long, 200  $\mu$  lat.

Tria vidi exempla, duo in muscis ad Cremona collecta, tertium ad Monte Senario.

5<sup>o</sup> *Oribates minusculus* n. sp. — Pedes ungue singulo terminati. Subrotundus, nitidus, nudus. Notogastrum anterius leniter productum. Pteromorphae superius in dentem acutum sat productae. Lamellae

sat magnae, antierius acutae, setulam plumosulam gerentes, intersese vitta tenui coniunctae. Setulae pseudostigmaticae longiusculae, leniter clavatae, antierius porrectae. Color castaneus.

Ad 350  $\mu$  long, 350  $\mu$  lat.

Unum collegi exemplum in muscis ad Vallombrosa collectum.

### Mesostigmata (Gamasidae).

6<sup>o</sup> *Laelaps scalpriger* n. sp. — Terreus, longe ovatus, postice acutulus, totus ad dorsum setis robustis, brevibus, spiniformibus indutus, setulae anticae verticis dilatatae, subsquamiformes, apice acutulae. Pedes mediocres, exiles, omnes spinis robustis dense aucti. Femura 2<sup>i</sup>, 3<sup>i</sup>, 4<sup>i</sup>que paris ad dorsum appendicibus duabus subsquamiformibus, vel scalpriformibus, apice bidentibus (dente altero deflexo) armata. Feminae scutum genitale (cum ventrale confusum) post quart. pedes productum, denique rotundatum; ab anale trigono, minuto, sat discretum. Mares non vidi. Minusculus, ad 350  $\mu$  long; 200  $\mu$  lat.

In nidis formicarum ad Portici; plura exempla collegit Cl. Amicus Silvestri Filippo et mecum benigne comunicavit.

7<sup>o</sup> *Laelaps calcariger* n. sp. — Scuta et pedes terreo-aurantiaca. Maris femura secundi paris calcari valido, spathuliformi bifido; genua calcari tuberculiformi; tibiae calcari spuriformi, longo aucta. Ovalis, postice rotundatus valde convexus, margine pellucido late auctus. Scuta, rostrum et pedes flavo terreo-aurantiaca. Corpus et pedes dense setulis mediocribus, simplicibus ornata. Pedes longiusculi, primi paris corporis longitudinem aequantes. Maris scutum sternale usque post quartos pedes productum, acutum, cum anali late contiguum. Scutum anale trigonum. Maris mandibula crassa et curtula, digito fixo dilatato, apice lato truncato, interne, sub apicem crasse bidentato, nec non calcari lato, circumflexo, apice acuto, sursum recurvo, validiore armato. Digitus mobilis strictus ad apicem dentibus duobus validioribus armatus. Feminae digitus fixus mobilem superans sed apicem versus dente unico armatus: digitus mobilis interne dentibus duobus robustis praeditus.

Fem. Mari conformis sed pedibus secundi paris inermibus; Scuto genitali cum ventrale adnato, lato, parum post quartos pedes porrecto, ab anale discreto; anale lato ovato.

Ad 600  $\mu$  long, 380  $\mu$  lat.

Exempla nonnulla vidi ad Bevagna (Umbria) in nidis formicarum (*Pheidole pallidula*) collecta, a Cl. Silvestri.

8<sup>o</sup> *Myrmozercon* n. gen. — Genus propter mandibularum fabricam paradoxum. Pedes primi paris exiles et breves; ceteri intersese subaequales crassi et curtuli, omnes ambulacro magno, unguiculis de-

stituto. Peritrema breve. Scutum (fem.) genitale cum ventrale confusum, ab ano sat discretum. Scutum anale nullum. Rostrum parvulum, palpis brevibus, epistomate corniculis destituto; mandibulis brevibus et gracilibus, chela nulla terminatis sed tantum articulis duobus minutis, extremo papilliformis. Species typica:

*Myrmozercon brevipes* n. sp. — Saturate badius, obovatus, postice latiusculus, ad dorsum perconvexus. Scutum dorsale tantum postice marginulum hyalinum relinquens, totum pilis minutis dense et aequo indutum. Pedes antici exiles, breves pallidiores, ceteri interese subaequales, crassi, extensi. Feminam tantum dignosco. Scutum genitale cum ventrale omnino confusum, post quartos pedes in angulum acutum productum. Anus setulis utrinque duabus longiusculis aliaque postrema impari circumdatum.

Ad 800  $\mu$  long, 609  $\mu$  lat.

Nymphae (Octopoda) adulto similiores, hyalinae.

Plura exempla collegit Cl. Filippo Silvestri ad Bevagna (Umbria) in nidis formicarum super formicas insiliens.

## 2. Herpetologisch Neues aus Ost-Afrika.

Von Gustav Tornier (Berlin).

eingeg. 30. August 1902.

Dieser Artikel enthält die Beschreibung dreier neuer Reptilienarten, welche in Deutsch-Ost-Afrika heimisch sind (Abbildungen davon werden später erscheinen) und die Erörterung einer herpetologischen Prioritätsfrage.

Die neuen Arten sind folgende:

### 1) *Scelotes Eggeli* n. sp.

Hauptcharactere.

Beide Gliedmaßenpaare vorhanden; 5zehig. Keine Praefrontalia und Postfrontalia. Unteres Augenlid schuppig. 22 Schuppen quer um den Leib. Die Hintergliedmaßen, vorwärts gestreckt, reichen nicht bis zur Ohröffnung. Das fünfte Labiale stößt an's Auge. Die Schuppen der Rückenmittellinie nicht größer als die anderen Rückenschuppen.

Ausführliche Beschreibung.

Schnauze kegelförmig zugespitzt, relativ kurz, über 2 mal so lang wie die Augenlidspalte. Das Rostrale ein gekrümmtes Rechteck bildend; 2 mal so lang wie breit. Nasloch über der Sutura zwischen Rostrale und Labiale<sub>1</sub>; es liegt zwischen Rostrale, Supranasale und Nasale, das zu einem »Ring« verkümmert ist. Ein Postnasale. Die Supranasalia stoßen an einander. Nasofrontale viel breiter als lang

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Zoologischer Anzeiger](#)

Jahr/Year: 1901

Band/Volume: [25](#)

Autor(en)/Author(s): Berlese Antonio

Artikel/Article: [Specie di Acari nuovi. 697-700](#)